

sunt: & à Jesu Christo qui est testis fidelis, primogénitus mortuorum, & princeps regum terræ, qui diléxit nos, & lavit nos á peccátiis nostris in ságuine suo.

XXX. SEPTEMBRIS.
In festo sancti Hierónymi
Presbyteri & Confes-
sôris, ac Doctôris
Ecclesiæ.

Lectio Epistolæ Beati
Pauli Apóstoli ad
Timótheum.

2. Ti-
mot.
4.

Charissime, Testifitor coram Deo, & Jesu Christo qui judicatûrus est vivos & mórtuos per advéntum ipsius & regnum ejus: prædica verbum, insta opportunè, importunè: argue, óbsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam

non sustinébunt, sed ad sua desidéria coacervábunt sibi magistros, pruriéntes áuribus: & á veritate quidem auditum avértent, ad fábulas autem converténtur. Tu verò vígila, in ómnibus labóra, opus fac Evangelistæ, ministérium tuum imple. Sóbrius esto. Ego enim jam delibor, & tempus resolutiônis meæ instat. Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. In reliquo, repósita est mihi coróna justitiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die, justus judex: non solum autem mihi, sed & iis qui diligunt advéntum ejus.

FESTA OCTOBRIS.

Festum Sanctissimi Rosá-
rii B. M. V. celebrándum
Dóminica I. Octóbris,

quæ

quæ incidit in Kaléndas illius mensis, vel próximè séquitur. Epist. Ab initio, ex ejus Missa Votiva, pag xxviii.

I. OCTOBRIS.

In festo S. Remígi Episc.
& Conf. Epist. Ecce Sa-
cérdos, de comm. Conf.
Pont. pag. xii.

II. OCTOBRIS.

In festo SS. Angelôrum
Custôdum.

Lectio libri Exodi.

Exod.
23. d

Hæc dicit Dóminus Deus: Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, & custódiat in via: & introdúcat in locum quem parávi. Obsérva eum, & audi vocem ejus, nec contemnéndum putes: quia non dimittet cum peccáveris, & est nomen meum in illo.

Quòd si audieris vocem ejus, & féceris ómnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligéntes te. Præcedétque te Angelus meus.

IV. OCTOBRIS.

In festo sancti Francisci
Confessôris.

Lectio Epistolæ Beati
Pauli Apóstoli ad
Gálatas.

FRatres, Mihi autem absit gloriári, nisi in cruce Dómini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatúra. Et quicumque hanc regulam secúti fúerint, pax super illos, & misericórdia, & super Israél Dei. De cétero nemo mihi

Gal.
6. d

mo-

moléstus sit: ego enim stigmata Dómini Jesu in corpore meo porto. Grátia Dómini nostri Jesu Christi, cum spíritu vestro, fratres. Amen.

V. OCTOBRIS.

SS. Plácidí, & Sociórum ejus Mártirum. Epístol. Fratres, Rememorámini, **de comm. plurim. Mártirum,** pag. ix.

VI. OCTOBRIS.

In festo sancti Brunónis Conf. Epístola: Beátus vir, **de comm. Conf. non Pontif.** pag. xvi.

VII. OCTOBRIS.

S. Marci Pap. & Confes. Epístol. Fratres, Plures facti sunt sacerdotes, **de com. Conf. Pont.** pag. xiii.

VIII. OCTOBRIS.

In festo S. Birgittæ Víduæ. Epíst. Charíssime,

Víduas honóra, **de comm. unius Víduæ,** pag. xxii.

IX. OCTOBRIS.

In festo SS. Dionysii, Rústici, & Eleuthérii Mártirum.

Lectio Actuum Apostolôrum.

IN diêbus illis: Stans Paulus in médio Areopági, ait: Viri Athenienses per ómnia quasi supersticiosiores vos vídeo. Præteriens enim, & videns simulácula vestra, invéni & aram, in qua scriptum erat: Ignóto Deo. Quod ergo ignorantes cólitis, hoc ego annúntio vobis. Deus qui fecit mundum, & ómnia quæ in eo sunt, hic cœli & terræ cùm sit Dóminus, non in manufactis templis hábitat, nec manibus humanis cólitur, indigens áliquo, cùm ipse

det

det ómnibus vitam, & inspiratióem, & ómnia: fecitque ex uno ómne genus hóminum inhabitare super univérsam faciém terræ, definiens statúta témpora, & términos habitatiónis eórum, quære Deum si fortè attréctent eum, aut invéniant, quamvis non longè sit ab unoquóque nostrúm. In ipso enim vívimus, & movémur, & sumus: sicut & quidam vestrórum Poëtarum dixerunt: Ipsius enim & genus sumus. Genus, ergo cùm simus Dei, non debémus æstimare, auro, aut argénto, aut lapidi, sculpturæ artis, & cogitatiónis hóminis, Divinum esse símile. Et témpora quidem hujus ignorantix despiciens Deus, nunc annúntiat hominibus ut omnes ubique pœniténtiam agant, eò quòd státuit diem, in quo ju-

dicatúrus est orbem in æquitáte, in viro, in quo státuit, fidem præbens ómnibus, súscitans eum à mórtuis. Cùm audissent autem resurrectiõem mortuórum, quidam quidem irridébant, quidam verò dixerunt: Audiémus te de hoc iterùm. Sic Paulus exívit de médio eórum. Quidam verò viri adhæréntes ei, crediderunt; in quibus & Dionysius Areopagíta, & múlier nómine Dámaris, & álii cum eis.

X. OCTOBRIS.

In festo S. Francísci de Bórgia Confessor. Epístola: Diléctus Deo, **de communi Abbat.** pag. xviii.

XIII. OCTOBRIS.

In festo S. Eduárdi Reg. Confessor. Epístol. Beátus vir, **de communi**

Con-

Conf. non Pont. pag. xvi.

XIV. OCTOBRIS.

In festo S. Callisti Papæ & Martyr. Epistol. Fratres Omnis Póntifex, de commún. Confessor. Pontif. pag. xiii.

XV. OCTOBRIS.

In festo S. Teresiæ Virg. Epistol. Fratres, qui gloriâtur in Dómino, de commúni Virginum, pag. xix.

XVII. OCTOBRIS.

In festo S. Heduvigis Viduæ. Epistol. Mulierem fortem, de commúni nec Virgin. nec Martyr. pag. xxi.

XVIII. OCTOBRIS.

In festo sancti Lucæ Evangelistæ.

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apóstoli ad Corinthios.

Fratres, Grátias ago Deo, qui dedit eamdem sollicitudinem pro vobis in corde Titi, quóniam exhortationem quidem suscepit: sed cum solícior esset, sua voluntate profectus est ad vos. Misimus etiã cum illo fratrem, cujus laus est in Evangelio per omnes Ecclésiãs, non solum autem, sed & ordinatus est ab Ecclésiis comes peregrinationis nostræ in hanc grátiam, quæ ministratur à nobis ad Dómini glóriam, & destinãtam voluntatem nostram: devitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quæ minis-

trâ-

trâtur à nobis. Providemus enim bona non solum coram Deo, sed etiã coram hominibus. Misimus autem cum illis & fratrem nostrum, quem probavimus in multis sæpè sollicitum esse: nunc autem multò sollicitiorem, confidentia multa in vos, sive pro Tito qui est socius meus, & in vos adjutor, sive fratres nostri Apóstoli Ecclesiãrum, glória Christi. Ostensionem ergo, quæ est charitatis vestræ, & nostræ glóriæ pro vobis, in illos ostendite in faciem Ecclesiãrum.

XIX. OCTOBRIS.

In festo S. Petri de Alcántara Confes. Epistol. Fratres, quæ mihi fuerunt lucra, de commúni Confessoris non Pontif. pag. xvii.

XX. OCTOBRIS.

In festo sancti Joannis Cántii.

Lectio Epistolæ Beati Jacobi Apóstoli.

Sic loquimini, & sic facite sicut per legem libertatis incipientes judicari. Judicium enim sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam: superexaltat autem misericordia judicium. Quid pröderit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, ópera autem non habeat? Numquid poterit fides salvare eum? Si autem frater, & soror nudi sint, & indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis illis: *Ite in pace, calefacimini, & saturamini: non deritis autem eis, quæ necessaria sunt corpori, quid pröderit? Sic & fi-*

Ff

des,

des, si non hábeat ópera, mórtua est in semetipsa.

XXI. OCTOBRIS.

S. Hilariónis Abbat. Epístola: Diléctus Deo, de comm. Abbat. pag. xix.

XXV. OCTOBRIS.

SS. Mártyrum, Chrysanthi & Daríæ.

Léctio Epístolæ Beáti Pauli Apóstoli ad Corinthios.

2. Cor.
6.

FRatres, Exhibeâmus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa paciëntia, in tribulatiõibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carcëribus, in seditiõibus, in labõibus, in vigiliis, in jejuniis, in castitate, in sciëntia, in longanimitate, in suavitate, in Spíritu sancto, in charitate non ficta, in

verbo veritatis, in virtute Dei: per arma justitiæ à dextris, & à sinistris, per glóriam, & ignobilitatem, per infámiam, & bonam famam: ut seductores, & veraces: sicut qui ignóti, & cõgniti: quasi moriētes, & ecce vivimus: ut castigati, & non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudētes: sicut egētes, multos autem locupletantes: tamquam nihil habētes, & omnia possidētes.

XXVI. OCTOBRIS.

In festo S. Evarísti Papæ & Mártyris.

Léctio Epístolæ Beáti Jacobi Apóstoli.

CHaríssimi, Beatus vir, qui suffert tentatiõem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet corõnam vitæ, quam repromisit Deus diligētibus se. Ne-

mo

F E S T A

N O V E M B R I S.

I. NOVEMBRIS.
In festo Omnium Sanctõrum.

Léctio libri Apocalypsis Beáti Joánnis Apóstoli.

Apoc.
7.

IN diēbus illis: Ecce ego Joánnes vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivi: & clamavit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ & mari, dicens: Nolite nocere terræ & mari, neque arbõribus, quoadúsque signemus servos Dei nostri in frõtibus eõrum. Et audivi numerum signatõrum, centum quadraginta quatuor millia signati, ex om-

ni tribu filiõrum Israēl. Ex tribu Juda duodecim millia signati: Ex tribu Ruben duodecim millia signati: Ex tribu Gad duodecim millia signati: Ex tribu Aser duodecim millia signati: Ex tribu Néphthali duodecim millia signati: Ex tribu Manasse duodecim millia signati: Ex tribu Símeon duodecim millia signati: Ex tribu Levi duodecim millia signati: Ex tribu Issachar duodecim millia signati: Ex tribu Zabulon duodecim millia signati: Ex tribu Joseph duodecim millia signati: Ex tribu Bénéjamin duodecim millia signati. Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo

pó-